



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

Continet Tractatum Serie Vigessimvm-Octavvm De Matrimoniis, &
Sponsalibus, cum Indicibus necessariis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Qualiter coniuges vti matrimonio debent, vt à culpa immunes sint. §. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76659](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76659)

provenit; ad summum namque vires minuantur aliquantulum, quod nullius considerationis est, neque à præceptis exequendis excusat. Atque ita docent Navarr. *cap. 2. l. num. 6.* Sanch. *lib. 9. disp. 3. num. 10.* Valen. *2. 2. disp. 9. q. 2. punct. 5.* vers. necessestas excusat. Coninch. *disp. 34. dub. 2. num. 18.* Galpar Hurtado *disp. 10. de matrim. difficult. 11. num. 50.* Basil. Ponce. & Layman *supra.* Ob eandem rationem vxor aduertens ob se iunia se reddi pallidam, vel deformem; ita vt viro occasionem præbeat, vt ab ea animum auertat, & ad alienas se applicet, obligata est à prædictis desistere. Sic Sanch. Basil. Hurtado, & Coninch *supra.*

§ II.

Qualiter coniugibus, & sponsis liceant amplexus, oscula, & tactus impudici?

1. *Seculsa causa virgine tactus impudici mortales sunt, si ad se pollutionis periculum.*
2. *At causa virgine prædicta licent in coniugibus.*
3. *Prædictos tactus exercitios, ubi copula haberi nequit, aliquibus placet esse mortales. Verius est oppositum.*
4. *Quando exercentur ab vno coniuge in absentia alterius, mortales sunt iuxta communem sententiam.*
5. *Probabile est à mortali excusari.*
6. *Tactus, quibus membra virile, in vas præposterum femina reficitur mortales sunt: qui dquid alij contra sententiam.*
7. *Sponsis de futuro licita sunt oscula, amplexus, & tactus alias honesti, secus de se turpes.*

1. **F**erè omnes Doctores conveniunt, tactus in partibus verendis seculsa causa virgine esse mortales, si ad se pollutionis periculum etiam non intendat. Nam esto huiusmodi tactus liciti sint coniugatis; eo quod sit via, & medium ad copulam habendam: at cum sub hac ratione non assumuntur, si periculum ad se pollutionis, illiciti omnino redduntur, quippe tam coniugatus, quam solutus tenetur non procurare feminis effusionem: at adhibere causas proximè & per se pollutionem excitantes, sicuti sunt tactus turpes, est virtualiter pollutionem procurare. Ergo in eo euentu prædicti tactus omnino illiciti sunt. Atque ita ex omnium sententia tradit Sanch. *lib. 9. de matr. disp. 4. §. num. 16. in ulto num. 34.* Vazq. *l. 2. disp. 11. §. cap. 2.* Coninch. *disp. 34. dub. ult. concl. 2.* & alij passim.

2. Notanter dixi *seculsa causa virgine*: nam ex huius interuentu pollutio ex prædictis tactibus subsecuta non censetur volita, & procurata, sed permilla, vt Chirurgus tangens verenda læsi cum pollutionis periculo abique periculo consentens à peccato excusatur. Quia ratione amplexus, oscula, & tactus alias honestos à mortali in coniugibus excusant, etiam si pollutionis non intendat periculum ad se, quia ad se virgine causa eos exercendi; nempe ad mutuum amorem indicandum, & fovendum, sicuti bene notavit Sanch. *lib. 9. disp. 4. §. num. 38.* Secus vero dicendum de tactibus inhonestis, tamen ab altero coniuge petantur, quia interueniente pollutionis periculo, non habet ius illos petendi, ideoque cessat causa virgine, que illos honestare possit, esto contrarium videatur sentire Sanch. *dista disput. 4. §. num. 3.* cuius doctrina corrigitur ex temperamento, & limitatione ab ipso *ibidem* posita.

Seculsa autem pollutionis periculo prædicti tactus alias turpes, & inhonesti liciti sunt in coniugibus. Si enim copula coniugalis illis licita est, licere debent media, quæ ad ipsam per se referuntur, sicuti tradunt Doctores prædicti.

3. Solum est dubium, quando prædicti tactus exercentur eo in loco, in quo copula coniugalis haberi nequit, vel exercentur abique animo habendi copulam, sed solum ob captandam eorum delectationem. Tunc enim non videntur licere, cum cesset causa, ob quam permittuntur scilicet iuvare naturam ad copulam coniugalem. Sic Antonin. *3. p. tit. 1. cap. 20. §. 6.* Syluest. *verbo Debitum. q. 9. numero 7.* Margarita Confessorum *6. præcepto casu. 7.* Humada *super leg. 2. tit. 1. part. 1. glossa. 2. num. 18.* Sed rectius Sanch. *lib. 9. disput. 4. §. num. 12.* Vazq. *l. 2. disp. 11. §. num. 3. & 4.* Coninch. *disp. 34. dub. ult. in fine.* Galpar Hurtado *disp. 10. difficult. 10. num. 46.* excusant prædictos tactus, oscula, & amplexus à culpa lethali, quia non honestantur ex copula, ad quam suapte natura referuntur, sed ex matrimonio, quod ius ad copulam tribuit, & consequenter ad media, quæ per se ad habendam copulam referuntur.

4. Gravior difficultas est, Quando prædicti tactus ob eorum delectationem exercentur ab vno coniuge in absentia alterius, an eo casu sint mortales? Et quidem si coniux absens speratur proximè venturus, prædicti tactus culpa vacant, si eos exerceat animo copulam cum illo habendi, quia cen-

sensus es quasi in præsentia illos exercere, & te ad coitum coniugalem præparare, vt bene Vazq. *l. 2. disp. 11. §. num. 4.* At si habeatur prædicti tactus abique animo coniugalis copulæ sola causa percipiendæ voluptatis, credit Vazq. *supra.* & Armilla, *verbo Impudicitia. num. 3.* esse mortale. Moueri possunt, quia ex matrimonio non habes potestatem tuo corpore vtendi, nisi quatenus necessarium est, vt ab altero debitum petas, vel illi reddas, at in præsentia casu nec debitum petere, nec reddere intendis. Non igitur tibi licet prædictus vltus. Deinde illi tactus, & carnis commotio ex se referuntur ad pollutionem, vel coitum. Ad coitum autem vt impossibile nequam referri possunt. Restat ergo, vt ad pollutionem referantur. Ergo sunt omnino illiciti.

5. Ceterum etsi prædicta sententia tenenda, & consulenda sit, oppositam autem, quam defendit Sanch. *lib. 9. disp. 4. §. num. 16.* Ochagavia, *tract. 5. de matr. q. 12.* Galpar Hurtado *disp. 10. difficult. 10. num. 47.* probabilem esse censo, eo quod illi tactus, vt potè coniugis natura sua referuntur ad copulam coniugalem, à qua relatione non eximuntur, ello copulam non intendas, vel impossibile sit ob alterius coniugis absentiam. Hæc enim per accidens contingunt, quæ relationem intrinsecam illorum tactuum non mutant. Præterea sicut ex matrimonio provenit copulæ coniugalis honestas, sic tactibus, qui copulæ deferuntur possunt, tamen per accidens non deseruiant.

6. Sed quid dicendum de tactibus, quibus membrum virile in vas præposterum feminae intromittitur, vel in eius superficie reficitur animo non ibidem consummandi, sed se excitandi ad consummationem in vase naturali. Aliquibus videri possit hoc non esse peccatum mortale, quia licitum est iuvare naturam tactibus ad copulam coniugalem: illi autem tactus etsi videantur ad Sodomiticam copulam referri, de facto tamen non referuntur. Ergo eorum inordinatio culpam venialem non excedit. Quod confirmari potest ex eo quod tactus, quibus pudendum in os feminae intromittitur, vel in eius cura reficitur abique animo ibidem consummandi, sed potius animo coniugalem copulam habendi, communiter Doctores tenent teste Sanch. *lib. 9. disp. 17. num. 4.* & §. non esse culpam mortalem, tamen illa membra coniugali copulæ apta non sint. Ergo idem erit de vase præposterum: atque ita indicat Navarr. *l. 5. consilior. tit. de penitent. & remiss. cons. 7.* Et de reficitur pudendi in superficie vas præposterum affirmat expressè Sanch. *dista disp. 17. num. 1.* culpam venialem non excedere, tamen de intromissione pudendi in vas præposterum contrarium sentiat. Ceterum non solum de intromissione membri virilis in vas feminae præposterum (quod certum esse debet), sed etiam de reficitur illius in prædicti vas superficie, ex ultimo esse peccatum mortale, tamen ab se periculum pollutionis, & fiat animo consummandi in vase naturale feminae, quia prædicti tactus censendi sunt Sodomiticæ copulæ inchoatio, eo quod ex se, & spectata eorum natura ad ipsam referantur, quam relationem non tollit agentis intentio. Secus est cum os feminae, vel eius cura, alique portis partes tangendæ assumuntur ad excitandam naturam, quia spectata coniugum conditio, & frequentis vsu, & consuetudine se cognoscendi illis partibus veniunt, vt maiori cum voluptate copulam coniugalem habeant: sic docuit Basil. Ponce. *lib. 10. cap. 1. num. 5.*

7. Superest dicendum de sponsis de futuro? Breviter respondeo illis licitos esse amplexus, oscula, & tactus alias honestos, secus de se turpes, quia ratione contractus iuribus habere videntur vtendi illis mediis ex se indifferentibus que mutuum amorem excitant, & fouent, ideoque sic est vsu, & consuetudine introductam, abesse tamen debet pollutionis, vel coitus periculum: sic docent Navarr. *cap. 14. n. 18.* & *cap. 16. num. 12.* Valen. *2. 2. disp. 9. q. 3. p. 3. ad finem.* Saa *verbo, Incuria. §. oscula, & tactus.* Sanch. plures referens, *disput. 4. §. num. 48.*

§. III.

Qualiter coniuges vt matrimonio debeant vt à culpa immunes sint?

1. *Vasi naturali viri debent, nec est mortale, etiam si in accidenti aliqua sit variatio.*
2. *Affirmant plures coniuges copulam incipientes, obligatos esse eam absolueri. Alij prædictam sententiam temperant.*
3. *Quid sentiendum?*
4. *Non est opus, vt viriusque coniugis seminatio concurrat.*
5. *Femina prius seminans obligata est expectare viri seminationem.*
6. *Verius est recedente viro non esse licitum femina se promouere ad seminandum.*
7. *Si post contractum matrimonium nequeat vir intra sua seminare, dum est dubia impotentia copulam possunt, secus si certa sit.*

- 8 Omnes conveniunt obligatam esse feminam conceptum semen retinere.
- 9 Ob nullam causam licet femina directè procurare abortum factus, qui probabiliter creditur animatus.
- 10 Si factus animatus non sit, plures censent licitum esse.
- 11 Verius est hanc procurationem directam illicitam esse.
- 12 Factu probabiliter animato negant aliqui licere feminam medicamentis uti, ut sua saluti consulat cum periculo abortus.
- 13 Verius est oppositum.
- 14 Medico prædicta medicamenta applicare licet, imò obligatur.
- 15 Proponitur dubitandi ratio, an abusus uxoris contra naturam contineat specialem malitiam?
- 16 Resolvitur continere.
- 17 Explicandum est in confessione huiusmodi, abusus factum esse cum propria uxore.

Conveniunt omnes coniuges vase naturali ad generationem destinato vti debere absque periculo effundendi semen extra vas. Eo autem periculo seculo, etsi aliqui quos referit Sanch. lib. 9. disp. 16. num. 2. non improbabiler sentiant peccatum lethale esse, si in verso ordine coeant. V. g. si vir succubus sit, femina incubæ, & a fortiori si more bestiarum præposterè in vase tamen naturali copula habeatur; eo quod prædicti modi natura aduersatur, & depravatam animam indicant, nimiaque voluptati affectum. At probabilis est solam culpam veniale adesse, siue à latere, siue sedendo, siue stando, siue præposterè feminam agnoscas. Nam prædictus modus non impedit (vt suppono) quod semen intra vas naturale feminæ recipiatur ob virtutem attractivam, quam matrix habet teste Aristotele lib. 2. de generat. cap. 4. & consequenter nec generationem impedit. nec fini matrimonij qui est loboleum concipi obstat, ergo non est gravis deordinatio, quæ peccatum mortale valeat constituisse. A que ita defendit Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. circa solut. ad 4. Nauarr. c. 16. num. 42. Henric. lib. 1. c. 16. n. 6. Saa. verbo Debitum conjugale versus nullus modus. Sanch. pluribus citatis dicto lib. 9. disp. 16. num. 3. Coninch. disp. 34. dub. 9. in fine. Gaspar Hurtado disp. 10. diffinit. 5. num. 19. Tolet. lib. 7. cap. 20. & alij. Quod aded verum est, vt etiam aliqua pars feminis extra vas decidat reliquo intra vas recepto non sufficit ad copulam lethalem constituendam teste Basili. lib. 10. art. 1. n. 3. Gaspar Hurtado ad diffinit. 5. n. 20. Sanch. aliis relatis. num. 5. eo quod totum semen non solet in matrice retineri, sed retento quod ad generationem sufficit reliquum expellitur. Quinimo idem Basili. & Sanch. prædictum modum à mortali excusant. Et si scias non ita certò prolem generari, ac si debito modo fuisset vltus, quia non tenent generationem convenientiori modo procurare. Satis enim est si modo convenienti eam procures. Illud certum, si scias ex prædicto concubitu generationem impediti, eo quod femina vel ob humilitatem, vel laxitatem non valet semen retinere, peccatum esse mortale, quia perinde est, ac si semen extra vas effunderes. Quod verum censet, est ea expulsio, seu non retentio procedat ex aliqua infirmitate temporali feminæ, quæ semen retinere potest seruatò naturali modo concubitus.

Relatæ quaestiones. Prima, an coniuges copulam incipientes teneantur eam absoluerè? Affirmant Syluest. verbo Debitum. q. 7. Azor. r. 3. lib. 3. cap. 2. q. 9. Petr. de Ledesm. q. 29. art. 6. dub. 2. & alij, eo quod nemini concessum est generationem impediti, & debito sine coniugale coitum priuare. Alij temperant prædictam sententiam, vt procedat casu quo alter coitus siue vir, siue femina feminauerit, ne illius seminatio frustranea sit, si cum alterius seminatione non iungitur. Sic Ochaguiar tract. 5. de matr. q. 3. Gaspar. Hurtado diffinit. 5. num. 21.

Dicendum tamen est, si neuter seminauit, neque vltum est periculum effundendi semen, poterunt ex mutuo consensu à coitu desistere, quia coniuges non tenentur generationem procurare, etsi teneantur eam contrariè non impedire. Neque ille incepsus coitus est aliam quam quidam raptus partium verendum, qui inter coniuges secluso periculo pollutionis permittitur. Maxime cum fieri possit ob redum finem, scilicet, vt concupiscentiam sedent, & valeantur consulant, & filiorum copia non abundens, quos nequeunt convenienter alere. Atque ita docent Palud. in 4. d. 31. q. 3. art. 2. n. 15. Caiet. 2. 2. q. 154. art. 1. in fine. Venerum. 3. p. specialis art. 15. conclus. 5. Saa. verbo Debitum conjugale versus inchoatam copulam. Sanch. aliis relatis, lib. 9. disp. 19. num. 3. Fillius tract. 10. c. 9. Basili. Ponce, lib. 10. c. 11. n. 9. Verum si femina seminauit, vel in eo periculo constituta sit, mortale peccatum erit, si vir ante seminationem ex proposito desistat, vt bene Caiet. Veracuz, & aliis relatis docuit Sanch. d. disp. 19. num. 5. Quia esset occasio, & causa, vt femineum semen suo debito effectu frustraretur, & generatio inchoata dissolueretur, cum femineum semen impotens sit ad generandum nisi semine virili concurrente. Omnibus autem mandatum est

non solum ne semen effundant, sed ne permittant frustra effundi, si id impedire licitè possunt, & absque graui incommodo. Quare si renuente femina vir seminare potens desistat à seminando, non solum peccat contra naturam, sed etiam aduersus castitatem laedens ius vxoris, quod obligat ad reddendum debitum legitime petitum, habendamque copulam generationi aptam, vt bene aliis relatis docuit Sanch. disp. 19. num. 9. Neque excusari potest nisi ob grauissimum illi damnum imminens. E contra dicendum existimo viro seminante feminam non esse obligatam seminare, quia secundum receptiorem, communiori tamen sententiam, quam tradidit Aristot. lib. 1. de generat. animal. c. 2. Et lib. 2. c. 3. Galen. lib. 1. de sanitate tuenda, cap. 11. Et lib. 2. de natural. facultat. c. 3. Auicenn. lib. 9. de animal. c. 1. Albert. Magnus lib. 5. de animal. cap. 11. & D. Thom. quem Theologi sequuntur 3. p. q. 31. art. 4. ad 3. semeo femineum generationi necessarium non est. Ergo impedita eius seminatione virile semen non defraudatur suo effectu, vt rectè Sanch. lib. 9. disp. 19. n. 5.

Ex his inferitur non esse opus, vt vtriusque coniugis seminatio simul concurrat, sed vnus alterum præuenire potest, vt ex testimonio vniuersitatis Complutensis docuit Henric. lib. 11. c. 15. n. 3. & c. 16. num. 7. Sanch. lib. 9. disp. 17. n. 9. & 10. Basili. Ponce, lib. 10. c. 11. num. 3.

Secundò sit feminam prius seminantem obligatam esse expectare viri seminationem, ne eius semen frustraueum sit, nève viri semen extra vas effundatur; at viro prius seminantem obligatum non esse (etsi conueniens sit) feminæ seminationem expectare, partim quia feminæ semen generationi non est opus, esto sit conueniens partim quia in viro non recipitur, neque eius assilientia post emissum semen videtur ad generationem necessaria.

Secunda quaestio prædictis annexa, An postquam vir semen intra vas feminæ effudit, membrumque extraxit, licet feminæ quæ nondum seminauit tactibus se prouocare ad seminandum? Sanch. lib. 9. disp. 17. n. 12. censet id licitum esse duplici fundamento nixus: primò quòd satis probabile est semen femineum ad generationem esse necessarium, certum verò esse conuenientissimum, ergo femina semen emittens generationem ad minus perficit, ergo licitum illi est. Secundo quia feminæ grauissimo peccandi periculo essent exposita, si viro seminate, & illico recedente, vt sæpè contingit, ipsæ irritatæ libidine continere semen deberent. His consentit Lessius lib. 4. c. 3. dub. 7. n. 55. & dub. 14. num. 94. Ceterum verius censet recedente viro iam non esse licitum feminæ semen effundere, si se continere potest. Tum quia verius est, & ferè certum generationi necessarium non esse. Tum & præcipue quia coniugibus ea copula illis licita est per quam efficiuntur vna caro: at mulier illa effusione feminis non videtur fieri vna caro cum viro, vt potè absterat, & ab ea separato. Ergo, &c.

Tertia, si post contractum Matrimonium vir nequeat seminare intra vas, vel ob impotentiam ipsius quia imbecillitas, vel ob morbo oppressus, vel ob impotentiam feminæ, quæ nimis acta est, & semen recipere nequit, liceatne rris coniugibus copula vacare? Cuius difficultati respondeo, dum est dubia impotentia copulari possunt, tamen sæpè semen extra vas effundatur, quia per accidens eo casu contingit effusio, cum ad cognoscendam impotentiam copula assumatur, quæ alià vià certo cognosci non potest, adeoque dubis de impotentia triennium conceditur, iuxta claudium de frigiditate, & masculinitate. At si certò moraliter constat nullam seminandam intra vas sperni subesse; ab eo puncto quo id constituitur, obligati sunt coniuges à copula abstinere, quia illis sola coniugalis copula, & se generationi apta permittitur, qualis non est extra vas femineum seminatio, quæ pollutio est, & coitus contra naturam: sit Henric. lib. 11. c. 15. num. 4. Ludouic. Lop. 1. p. instruit. c. 79. ad finem. Sanch. lib. 9. disp. 17. a num. 20. Basili. Ponce, lib. 10. cap. 11. num. 6. Concedunt autem prædicti Doctores his coniugibus oscula, amplexus, & tactus secluso pollutionis periculo, quia eorum impotentia, vt supponimus, matrimonio contracto superuenit, quod prædictis tribuit. Illud verò certius est non impediri prædictos coniuges à copula, ex eo quòd femina semen acceptum nequeat retinere. Nam eo ipso, quo illud recipit, copula coniugalis consummatur: expulsio verò præter intentionem succedens per accidens reputari debet. Præterquam quod sæpè præsumendum est retinere quod ad generationem sufficit, sicuti rectè aduertit Sanch. dicta disp. 17. num. 24.

Quarta, Qualis obligatio feminæ in se conceptum semen retinendi? Omnes conveniunt obligatam esse ne conetur ad illius expulsionem, vel sumendo potionem, vel se erigendo, aut vtriam emittendo, quia hæc expulsio parum distat à voluntaria pollutione, cum in vtraque semen suo debito sine defraudetur, vt ex omnium sententia tradit Syluest. verbo Debitum. q. 7. Nauarr. c. 16. n. 33. Sanch. lib. 9. disp. 10. n. 2. & seqq. Basili. Ponce, lib. 10. c. 11. n. 1. Neque obinde temerario astringimus, vt diu immota permaneat, & resupina persistat, sed tantum ne expulsionem procuret, cum competere sit

recepto

recepto femine os matris claudi, ita vt ob diuersum corporis situm nullum videatur adesse periculum expulsionis: vt rectè aduertit Henric. lib. 11. cap. 1. 6. num. 8. Sanch. dicta disp. 20. num. 4. Basil. dicto cap. 1. 3. num. 1. Laym. lib. 5. tract. 10. 3. p. cap. 1. num. 7.

9. Controuersia igitur est: An liceat feminae ob conseruationem vitæ, famæ, & honoris abortum procurare foetus nondum animati, vel in animati? In qua controuersia certum est ob nullum finem licere directè procurare abortum foetus, qui probabiliter creditur animatus; quia intrinsecè malum est intendere innocentis necem, eiusve periculo illum exponere. Vnde nullatenus licet feminae medicinas fumere, quæ directè ad foetus occasionem tendunt, vt sunt portiones venenatae, percussiones, dilacerationes, quia horum sumptio est directè innocentis occisio, quæ nullo sine honestari potest, vt pluribus firmat Sanch. dicta disputat. 20. numero 7. Gab. Vazq. capit. 2. de restitut. §. 1. dub. 7. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 17. num. 3.

10. Quod si constet foetum animatum non esse, plures censent licitum esse abortum directè procurare ob periculum mortis imminens euitandum; quia ille abortus non est homicidium etiam virtualiter, siquidem percute matre probabile est nunquam illum foetum anima rationali esse informandum. Deinde ille inanimatus foetus est quasi quidam alius humor in corpore exsistens: ac ob conseruandam salutem licet directè conari ad expulsionem humoris noxii. Ergo etiam licet conari ad expellendum prædictum foetum. Neque obstat illicitum esse expulsionem seminis superabundantis, & nociui, quia eius expulsio non permittitur, ne impediatur coniugalis vsus illa voluptate licite percepta. Cum ergo in expulsionem prædicti foetus non alicui ea voluptas, ob quam arceantur homines à matrimonio, vsuque coniugali, nulla appareat ratio, ob quam licita esse non possit. Atque ita licere docuit S. Antonin. 3. p. tit. 7. c. 2. §. 2. Syluest. verbo Medicus. q. 4. dicto 2. Nauarr. c. 25. num. 62. Couaruu. Clement. si furiosus de homicid. 2. p. §. 3. num. 1. in fine, Henric. lib. 11. c. 16. n. 8. Eman. Sáa, verbo Homicidium in princ. Et aliis relatis Sanch. lib. 9. disp. 20. num. 9.

11. Ceterum verius censeo hanc procurationem directam illicitam esse, tamen licet indirectè sumendo medicamenta saluti necessaria, ex quibus indirectè, & per accidens foetus inanimatus expellitur. Sic Petr. Nauarra, lib. 2. de restit. c. 3. difficult. 2. n. 13. 2. in 2. edit. Gab. Vazq. opu. c. de restit. c. 3. §. 2. n. 25. Et c. 2. §. 1. dub. 7. n. 28. Basil. Ponce, lib. 10. c. 13. n. 2. Et colligitur ex D. August. relato in c. aliquando. 32. q. 2. appellante meretricem eam quæ prolem antequam viuat interimit. Et in c. si aliquis de homicid. damnatur vt homicida qui mulieri aliquid dederit, vel fecerit, ne possit generare, concipere, aut nasci soboles. Et licet hęc Textus explicari possent, quando nulla adest honesta ratio. At August. loquitur generaliter. Duplicem habet partem conclusio. Prima est illicitum esse directè abortum procurare; secunda indirectè procuracionem licere. De hac secunda ferè nullus dubitat, & ex infra dicendis euidentius confirmabitur. Priorem partem sic proba, quia illa expulsio foetus, esto homicidium non sit, est tamen contra naturam æquè ac est expulsio seminis extra vas: si enim seminis directè effusio nullo casu licet, eo quòd nullum alium præter generationem habeat finem, à fortiori non licet foetus expulsio, qui ex semine coaleſcit, & ad quem semine immediatè refertur. Secundò probat Nauarra hac ratione deducta ab inconuenienti: si enim ob vitandam mortem matris, salutemque illius recuperandam liceret foetum inanimatum directè expellere, etiam licitum esset ob vitandam mortem ex partu sibi probabilissimè imminentem. Item ob conseruandam suam famam, & fortè vitam, quæ ex illicito conceptu foetu periclitantur, quæ nullo alio modo conseruari posse credit, nisi abortu procurato. Quam sequelam Thom. Sanch. lib. 9. de matr. disp. 20. num. 10. non audeat concedere, & rationem differentie subdit: quia periculo mortis imminente foetus est quasi aggressor, secus verò cum periculum futurum est, & longè distat, cui fortè aliis mediis succurri potest. Sed hæc euasio non satisfacit, cuiuslibet enim ius æquale est defendendi famam, & vitam ab eo qui infallibiliter creditur erepturus, sicuti ab eo, qui eam de facto tentat eripere; quia in vitroque casu actus est moraliter aggressor. Si igitur foetus reputandus est aggressor, cum feminae saluti noceat, etiam reputandus cum eius famam & vitam euidenti periculo exponit. At in neutro casu reputandus est aggressor iniustus, sed iustus à natura, eiusque auctore sic ordinatus: ac proinde ob hanc rationem non licet illum perimere.

12. Gravior dubitatio est, An foetu probabiliter animato liceat feminae, vt suæ saluti consulat, aliquibus medicamentis vt sciens moraliter inde foetum periturum? Gab. Vazq. de restit. cap. 2. §. 1. dub. 7. numero 28. & capite 5. §. 2. dub. 6. numero 23. Et seqq. quem sequitur Basil. Ponce, lib. 10. cap. 13. num. 6. concedit missione sanguinis vt posse, secus verò purgationem, vnguentis, balneis, & alijs medicamentis, probat priorem

partem, quia sanguis esto sit alimentum foetus, est etiam simul matris alimentum; potest ergo mater in huius alimenti dispositione sibi prius consulere, quam foetus. Cum ergo videat sibi esse nociuum cum superabundant, poterit illum diminuerè, tamen eius diminutio foetus noceat, quia non tenetur ob conseruationem foetus retinere alimentum, quod proprie conseruationi nociuum est. At alijs medicamentis inquit Vazq. & Basil. vt femina non potest, eo quòd æquè præstant innocentis occisionem, ac propriam conseruationem, vt autem medio per se destinato ad occisionem innocentis, vt vita propria conseruetur, nullatenus licet: ergo.

Ceterum verius censeo non solum missione sanguinis, sed alijs medicamentis propria vitæ salutaribus vt foetum animatum posse, tamen inde foetus pereat, quia mors foetus eo casu censenda est per accidens contingere non solum quoad matris intentionem, sed etiam quoad executionem, siquidem medicamentum assumptum ex applicatione agentis directè refertur ad salutem matris conseruandam. Cum ergo mater ius habeat conseruandi propriam vitam, ius habet vtendi illis medijs, quæ ad eius conseruationem necessaria iudicantur, esto inde alteri noceat. Quod ad eò verum est, vt etiam medicamentum æquè matri salutariter sit, ac foetus nociuum poterit eo vt, quia in eo vsu solam suam salutem querit, non foetus necem; hanc enim tantum permittit sicuti docent Nauarra, lib. 2. de restit. cap. 3. difficult. 2. num. 13. 1. Aragon. 2. 2. q. 64. art. 7. §. ad 2. Banies q. 40. art. 1. dub. 11. conclus. 2. Henric. lib. 11. de matr. capit. 16. numero 8. Sáa, verbo Homicidium in princ. Sanch. alijs relatis, disputat. 20. num. 14. c. 8.

Neque audiendi sunt qui negant Medico licere prædicta medicamenta applicare; potius enim credo exigente matre obligatum esse; cum ex officio teneatur mederi infirmum medis, quibus ipse infirmus licet vt potest, vt aduertit Sanch. alijs relatis, d. disp. 20. num. 15. Neque ab huiusmodi vsu impeditur eo quòd probabiliter creditur matre ab ijs medicamentis abstinerè foetum in lucem proditurum, & quæ baptisimi abluendum, quia id incertissimum est, ideòque non videtur mater obligata certam mortem subire, vt foetus salutem spiritalem dubiam procuret, vt bene notauit Basil. dicto cap. 13. num. 6.

13. Quæstio quinta, continet abusus vxoris contra naturam sue sodomie, sive pollutionis tantum speciale malitiam, quam continet idem abusus inter solutos. Ratio dubitanda est, quia si prædictus abusus aliquam speciem malitiam contineret, ea esset iniustitia aduersus coniugem: coniux in eo abusu nocet, & ad ipsum cooperatur, ergo malitiam iniustitiam continere non potest. Deinde non est adulterium eo eandem rationem, quia non est iniustitia, & quia adulterium est alieni thori violatio, vt dixit Gelasius, cap. lex illa, 36. quæst. 1. Et tradit D. Thom. 2. 2. quæst. 154. art. 8. in corp. Tandem non est contra fidem in matrimonio datam; hæc enim tantum videtur obligare, ne debitum periturum negetur, nec alteri coniuges commisceantur; sicuti docet D. Thom. in 4. d. 36. quæst. 1. art. 2. in corp.

Nihilominus tenendum omnino est prædictum abusum continere speciale malitiam aduersus fidem in matrimonio datam. Etenim per matrimonium sibi iniucem coniuges corpora tradunt ad solum coniugalem vsum, & generacionem aptum; cui traditioni prædictus abusus contrarius est. Neque obest quod coniuges consentiant, quia eorum consensus nullus est, vt potest procedens à non habentibus potestatem: licet enim potestatem non habent, vt alteri commisceantur, sic nec ad se indebitè cognoscendum. Quare iuste appellari potest adulterium siquidem est thori coniugalis violatio, nam vt rectè dixit Ambros. relato in cap. nemo tibi. 32. quæst. 4. adulterium non est solum cum aliena peccare coniuge, sed omne quod non habet potestatem coniugij, quod confirmat Aug. in cap. adulterij. 32. q. 7. Atque ita docent Sotus in 4. dist. 31. q. 2. c. 4. ad finem. Petr. de Ledesma de matr. quæst. 49. art. 6. dub. 2. post 1. conclus. Sanch. lib. 9. disp. 18. à n. 3. Basil. Ponce, lib. 10. cap. 11. numero 7. Ioannes de Salas, 1. 2. tract. 1. 3. disputatio 6. sect. 15.

Aduertunt tamen rectè Basil. Ponce, & Sanchez vitium, & idem est de vxore, sic matrimonio abutentem obligatum esse, vt suum peccatum perfecte explicet manifestare cum propria vxore abulum commissum esse. Nam si diceret cum coniugata in genere abusum commississe, plura peccata quam commisit significaret, siquidem ultra violationem fidei sui matrimonij denotaret violationem matrimonij coniugatae, & iniustitiam aduersus eius vitium. Neque hanc impediret, esto adderet fuisse ex consensu proprii viri, cum ipse consentire non possit. Si autem diceret abusum fuisse cum soluta commissum, non explicaret violationem fidei ab vxore factam, cuius ipse particeps fuit. Teneatur ergo declarare cum propria coniuge peccatum commissum esse.